



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno I. usque ad IV.

Luxemburgi, 1740

CIX. Erectio Custodiæ Hiberniæ Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci
Cappuccinorum in novam Provinciam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74733](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74733)

CIX.

Dat. die 22.
Sept. 1733.
Pont. An. IV.Custodia Hiberniae Ordinis Fratrum Minorum
Sancti Francisci Cappuccinorum nuncupata in
novam Provinciam erigatur.

C L E M E N S P A P A X I I .

Ad perpetuam rei memoriam.

Proclamatio.

A Postolica servitutis munus, quo Catholicae Ecclesiae per universum Orbem diffusa regimini divina dispositione praesidemus, id praeципue solitudinem nostram intendit, ut Religiosorum Virorum Altissimi obsequiis sub artioris disciplina Instituto manipulatorum, & in Vineae Domini, ac praesertim in nonnullis olim pietatis, & orthodoxa Fidei laude florentissimis Regionibus inter persecutionum procellas, atque calamitatum tribulos strenue laborantium, statui, & felici directioni consulere peculiari cura studeamus, sicut pia orthodoxorum Regum, multiplicibus in hanc Sanctam Sedem meritis fulgentium, vota postulant: & Nos, omnibus maturae considerationis trutina perpenitus, ad omnipotentis Dei gloriam, ac Religionis, piorumque operum incrementum, & felicem progressum expedire in Domino arbitramur.

Regis Christianissimi
preces.D. Custodia
in Provinciam erigitur
additis altiorum
Provinc. Privilegiis.Capitula
Provinc. triennalia.

S.. 1. Cum itaque, sicut nomine charissimi in Christo filii nostri Ludovici Francorum Regis Christianissimi Nobis nuper expositum fuit, Custodia Hiberniae Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci, Cappuccinorum nuncupatorum, quindecim Conventibus, nempe duobus in Gallia, ac reliquis in Regno ipsius Hiberniae constet, dictus vero Ludovicus Rex eamdem Custodiad in novam dicti Ordinis Provinciam ad instar aliarum dicti Ordinis Provinciarum a Nobis erigi plurimum desideret. Nobis propterea dicti Ludovici Regis nomine humiliter supplicatum fuit, ut in praemissis opportune providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur püs ipsius Ludovici Regis votis favorabiliter annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, memorataam Custodianam Hibernitam in novam Ordinis praedicti Provinciam, qua ab uno Ministro Provinciali, ac Diffinitoribus, aliisque Officialibus juxta Constitutiones ejusdem Ordinis auctoritate Apostolica approbatas, regi & gubernari debeat, ita ipsa nova Provincia illiusque Minister Provincialis, Definitores, ceterique Officiales, ac Fratres pro tempore existentes, omnibus & singulis privilegiis, iuribus, praeminentius, praerogativis, honoribus, gratiis, & indultis, quibus alia dicti Ordinis Provincia tam de jure, usu & consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent: ac uti, frui, & gaudere possunt & poterunt in futurum; pari modo & absque ulla prosrus differentia uti, frui, & gaudere libere & licite possint & valent, auctoritate Apostolica tenore praesentium perpetuo erimus & instituimus.

S.. 2. Præterea, ut Capitula Provincialia Provinciae, sic a Nobis erectæ & institutæ, triennalia sint, & Discreti non elegantur, sed ad Electionem Ministri Provincialis, & Definitorum eodem modo, quo Custos & Consultores antehac electi fuerunt, procedatur; necnon duo Custodes pro Capitulo Generali elegantur, auctoritate & tenore praedicti statuimus ac præcipimus & ordinamus.

S.. 3. Porro eidem novæ Provincie de idoneis Ministro Provinciali ac Definitoribus, quorum opera Provincia ipsa, aspirante superni favoris auxilio, salubriter dirigatur, hac prima

vice providere cupientes, ac de spectata infra scriptorum Religiosorum fide, prudentia, charitate, integritate, vigilantia, & Religionis zelo plurimum in Domino confisi: & eorum singulares personas a quibusvis excommunicatis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censes, dilectos filios Philippum Okennedis, qui Custos, in Ministrum Provinciale ac Bonaventuram Donellis in primum: Joannem Baptista Knightem in secundum: Thomam Tyrrell in tertium: ac Joannem Evangelistam Ronan, qui Consultores praedictæ Custodie sunt, in quartum, Definitores ejusdem novæ Provincie, sic a Nobis erectæ & institutæ, ad triennium proximum, a die publicationis praesentium literarum inchoandum, cum omnibus & singulis præminentius, prærogativis, facultatibus, auctoritate, privilegiis, gratiis, & indultis, ac honoribus & oneribus solitis & consuetis, auctoritate & tenore predictis constitutimus & deputamus: expleto autem triennio, Capitulum Provincialia in uno ex duabus Conventibus in Regno Gallie existentia Ministro Provinciali more solito convocandi facultatem concedimus.

S.. 4. Mandantes propterea in virtute Sanctæ Obedientiae, ac sub indignationis nostræ, aliisque arbitrii nostri penis, omnibus & singulis praedictorum Ordinis & novæ Provincie Superioribus, Fratribus, & personis, ceterisque, ad quos spectat & spectabit in futurum, ut eamdem novam Provinciam, sicut præmittitur, a Nobis erectam & institutam, tamquam veram & legitimam, canoniceque erectam Provinciam, ac sicut reliquias dicti Ordinis Provincias in omnibus & per omnia recognoscant, nominent, teinant, & tractent; ac Religiosos supranominatos ad officia eis respective demandata, illorumque liberum exercitum juxta earumdem tenorem praesentium recipiant & admittant; illisque in omnibus eadem officia concorrentibus faveant & assistant, pareantque & obedienti respective.

S.. 5. Ac decernentes, easdem praesentes literas semper firmas, validas & efficaces existere & fore; sive plenarios & integros effectus fortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quocunque spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; siveque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Caularum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicae Sedis Nuncios, aliquo quilibet quacumque præminentia & potestate fungentes & functuros, sublata eis & eorum cuilibet quavis alteri judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & definiri debere; ac irritum & inane, si fecus super his a quoadam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attenter.

S.. 6. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis; necnon, quatenus opus sit, Custodia, & Ordinis praedictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene & sufficienter expressis ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robre permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum

Eleguntur
Ministri no-
va Provin-
ciae.Solita clau-
sula.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 22. Septembris 1733. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

F. Card. Oliverius.

CX.

Declaratio super Jurisdictione Protectorum Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia, quod Religiosos deputatos pro regime & cura Monialium Sanctæ Clæræ, & Sanctæ Mariæ Magdalena Civitatis Neapolis.

Dat. die 25.
Sept. 1733.
Pont. An. IV.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. D udum postquam fel. record. Clemens VIII. & Urbanus etiam VIII. alii que forsan Romani Pontifices Prædecessores Nostri per suas in simili forma Brevis, seu etiam sub Plumbo expeditas literas, tunc, & pro tempore existentibus Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum apud Sedem Apostolicam Protectoribus diversas facultates quod Religiosos ex certis Provinciis Reformatis ejusdem Ordinis pro servitio Ecclesiæ Monasteriorum Monialium Sanctæ Clæræ, & Sanctæ Mariæ Magdalena Civitatis Neapolitan. iparumque Monialium spirituali regime & cura pro tempore deputatos, sub certis modo & forma tunc expressis, concederant & attribuerant; dictiæ Protectores abinde facultatus hujusmodi libere usi fuerunt, a recol. mem. Innocentio Papa XII. Prædecessore etiam Nostro emanavit Constitutio super moderatione jurisdictionis & auctoritatis Protectorum quorunvis Ordinum Regularium anno 1693. edita, ac successivo anno 1694. prodierunt literæ in pari forma Brevis; per quas idem Innocentius prædecessor Ministro seu alteri Superiori Generali Familiae Reformata Cismontana dicti Ordinis, pro tempore quoque existenti, facultates quascumque Protectoribus memorati Ordinis, quod Religiosos præfatos sic concessis & attributas, servata ceteroquin in omnibus & per omnia supradicarum Clementis & Urbani, aliorumque Prædecessorum literarum forma & dispositione, restituit; & quatenus opus esset, de novo imparitus fuit, & alias, prout in ejusmodi Literis & Constitutione, quarum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis. & de verbo ad verbum infertis haberi volumus, uberiori respecte continetur.

Jurisdictio
Prædicti min-
bus hujus
O. dñi. a
Clemente &
Urbano
VIII. affir-
ta, quod
Religiosos
dñi Ecclesiæ
inventientur.

Ab Innocen-
tio XII. limi-
tata.

Sed postmo-
dum confir-
mata.

Istam di-
rantibus cau-
sis a Succel-
foribus con-
cessa.

§. 2. Cum autem, sicut accepimus, tempore ipsius Innocentii Prædecessoris adhuc vigerent peculiares illæ causæ & rationes, quibus dicti Clemens & Urbanus ac alii Prædecessores adducti fuerant ad enarratas facultates Protectoribus Ordinis hujusmodi, respectu dictorum Religiosorum concedendas, reintegratio ad illas Ministero seu Superiori Generali Ordinis prædicti, sicut præmittitur, facta effectum suum fortiori nequivit; unde idem Innocentius prædecessor dictorum Monasteriorum ac Religiosorum illic existentium regimen suscepit atque gestit; Sicuti quoque a similis mem. Clemente Papa XI. Prædecessore etiam Nostro petitus fuit. Verum felic. itidem rec. Innocentius Papa XIII. pariter Prædecessor Noster, per Nos, qui Ordini prædicti Protectoris munere apud hanc Sanctam Sedem tunc fungebamus, de omnibus præmissis, aliisque totius rei, necnon Monasteriorum præfatorum statutum concernentibus, certior redditus, ab ejusmodi regimine abstinuit: Nobisque permisit ibidem exercere eam, quam olim dicti Ordinis Protectores exerceuerant jurisdictionem & auctoritatem, quemadmodum re ipsa feci-

mus, ac etiam post nostram assumptionem ad Summi Apostolatus apicem ratione Protectionis hujusmodi, quam retinuimus, facere perrexi- mus. Hinc est, quod Nos omnem dubitationis & controversie, quæ circa auctoritatem Protec- torum dicti Ordinis quoad Religiosos præfatos, temporis progressi postquam viam universa carnis ingressi fuerimus, facile oriiri possent, occa- sionem amovere: felicique dictorum Monasteriorum directioni, ac paci, & tranquillitat, quantum cum Domino possumus, prospicere cu- pientes: simulque considerantes, vix sperari pos- se prædictas Innocentii XII. Prædecessoris literas atque Constitutionem, propter easdem causas & rationes, quæ etiam durant, ob quas ha- stenus in Monasteriis præfatis observari nequivi- runt, nec in posterum quoque executioni de- mandatum ac observatum iri; Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione no- stris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ut dilectus filius noster Trojanus Sa. & Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis Acquaviva nuncu- patus, quem in futurum successorem nostrum in Protektione hujusmodi deputavimus, aliqui deinceps pro tempore existentes Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum apud eandem Sedem Protectores, quod Religiosos pro Ecclesiæ Monasteriorum præfato- rum servitio, ipsarumque Monialium spirituali regime & cura pro tempore etiam deputatos, omnibus & singulis facultatibus per dictos Cle- mentem VIII. ac Urbanum, a iisque prædeces- sores, ejusdem Ordinis Protectoribus concessis & attributis: necnon auctoritate & jurisdictione quibus usi fuerint, Nosque tamquam Protec- tores hujusmodi usi fuijmus & utimur, similiter uti ac potiri & gaudente libere liceat, & valide possint & valeant, harum serie declaramus, sta- tuimus, atque indulgemus; sicutque & non aliter per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Caufarum Palati Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, dictæque Sedis Nuncios, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & definiri debere; ac irritum & inane, si fecus fu- per his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus præmissis, aliisque Con- stitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, nec- non, quatenus opus sit, Ordinis, Ecclesiæ Monasteriorum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, pri- vilegii quoque, indultri, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet con- cessis, confirmatis, approbatib, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum infertis habentes, illis aliis in suo robre permansuris, ad præmissorum ef- fectum hac vice dumtaxat specialiter & expre- se derogamus, ceterisque contrariis quibuscum- que.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 25. Septembris 1733. Pon- tificatus Nostri Anno Quarto.

F. Cardinalis Oliverius.

Indultum, ut Fratres Minores Sancti Francisci Capuccinorum nuncupat. in Gallia existentes, possint excipere Confessiones Monialium in Claustris degentium.

CXL.

Et cum in
posteriorum fin-
duratur.

Facultates a
Clemente &
Urbano PP.
concedit in
perpetuum
etidem con-
firmantur
Protectoribus.

Obstantium
derogatio.